



Per.
Lat
020

Moderator (szerkesztő — Schriftleitung) IOS. WAGNER
DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon:
68—6—34), ad quem epistulae et manuscripta mittantur

Administrator (kiadó — Geschäftsstelle) AL. REGÉNYI,
Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 49—2—15), ad quem
pecuniae dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini decies in anno. Pretium subnotationis an. 1935—36. est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris
nationibus 4 pengő.

Ineunte anno 1936.

Pythia Galliae «madame Sumati» haec de
anno novo vaticinatur: ¹ Non bellum in Europa,
neque rebellio in Gallia erit. Bellum in Abyn-
sinia diu permanebit, nam sanctionibus revo-
catis ² Itali libere ³ ad
omnia consulere pote-
runt, ³ quin etiam civi-
tates Europenses Italis
subvenient. Attamen
Nationum Societas non
dilabatur, ⁴ quamquam
vi et auctoritate amissā
non nisi momenti ⁵ so-
cialis erit. Ceterum po-
puli Europae perculti
periculo gilvo, ⁶ quia
Iaponenses provincias
Sinensium magis magis-
que in suam dicio-
nem ⁷ potestatemque redigent, ⁷ sese in amicitiam
reconciliabunt. ⁸

Talia et alia similia praenuntiant sunt, qui
credant. Alii autem Horatii illud «Prudens
futuri temporis exitum caliginosā nocte pre-
mit ⁹ Deus» secum reputantes Pythiam prover-
bio «Mundus vult decipi, ¹⁰ ergo decipiatur!»
abuti dicunt.

Descendamus de altitudinibus nebulosis re-
rum politicarum et operam huic — quam
multo utiliore et iucundiore esse quis negare
audeat? — occupationi ¹¹ litterarum humana-



rum demus. Lingua internationalis hominum
eruditorum — scilicet: lingua Latina — no-

¹ jósol = prophezeien ² visszavon = zurückziehen
³ szabad kezét nyer = freie Hand haben ⁴ felbomlik =
aufgelöst werden ⁵ jelentőség = Bedeutung ⁶ sárga =
gelb ⁷ fennhatósága alá hajt = unter seine Botmäßigkeit
bringen ⁸ kibékül = sich versöhnen ⁹ eltakar = ver-
bergen ¹⁰ rászéd = täuschen ¹¹ foglalkozás = Beschäftigung

stris temporibus iam non solum in Ecclesia Catholica atque in medicis iurisque peritis viget et valet, sed in omnibus vitae rationibus¹² utilis esse potest.

Ita fit, ut litterae Latinae in dies plures undique ad nos mittuntur. Rev. *Aurelius Espinosa Pólit* e Soc. I. e republica Aequatoriana scribit: «Summo gaudio accepi ephemeridem *Iuventus*. Et nos enim latini sermonis cultores sumus, eoque in scholis¹³ tradendis¹³ vulgo utimur, non magistri solum, sed et discipuli.» Doc. *Mu Dr. Fr. Leno* quoque e Cechoslovacia Latine «Salutem optimam, fortunam secundam, animum aequum in novum annum e profundo pectore precatur¹⁴ atque vovet¹⁴ moderatori ephemeridis *Iuventus*.»

Item in Cechoslovacia inveniuntur quattuor aenigmata ex ephemeride nostrā excerpta in libro utilissimo, qui inscribitur:

«*Fontes Litterarum Latinarum*. I. Teil. Lateinisches Lesebuch für die 4. Klasse der deutschen Gymnasien und Realgymnasien in der Cechoslovakischen Republik zur Einführung in die Schriftstellerlese, herausgegeben und mit Erläuterungen und Wörterverzeichnissen versehen von *Augustin Potucek*, Gymnasialdirektor in Tetschen. Reichenberg 1935. Nordböhmischer Verlag. Preis: geb. Kc. 14.80.»

In fasciculo autem recentissimo ephemeridis¹⁵ periodicae¹⁵ Monacensis, quae inscribitur «*Societas Latina*», index¹⁶ ephemeridis nostrae mensis Sept. et Oct. a. 1935. in «*Periodicorum conspectu*»¹⁷ (Alma Roma, Auxilium Latinum, Palaestra Latina) accuratā cum diligentia publicatur.

Annus 1935. — Deo sit gratia — multo maiorem hereditatem reliquit, quam ipse acceperat. Quare moderatori sociisque summa vitendum est, ut hanc hereditatem ambitione, studio et labore assiduo augeant. Cum igitur omnibus sociis, lectoribus fautoribusque nostris ex animo in novum annum opto et omnino laeta, Calendas Ianuarias cum Ovidio saluto:

«Salve laeta dies meliorque revertere semper!»

J. Wagner.

¹² viszonylat = Verhältnis ¹³ előad = Vortrag halten ¹⁴ kíván = wünschen ¹⁵ folyóirat = Zeitschrift ¹⁶ tartalomjegyzék = Inhaltsangabe ¹⁷ szemle = Rundschau

Quomodo historia Universitatis Pázmánianae vitietur. (2)

Scripsit *Iulius Kornis dr.*, Rector Magnificus Universitatis Pázmánianae. Latine reddidit *Car. Acs.*

Iam vero quid dicam de eorum opinione, qui auditorum maximam partem Slavicam fuisse atque universitatem Slavicam appellandam esse aiunt? At contra si matriculas³¹ eorum temporum evolverimus, haud dubie confirmare poterimus universitatis auditores potissimum Hungaros fuisse. In prima pagina matriculae primum occurrit nobis nomen Nicolai Pázmány, filii³² fratris³² cardinalis. Primi anni universitatis magnum ostendunt numerum procerum Hungariae, ut Erdődy, Pálffy, Perényi, Forgách, Esterházy, Károlyi, Koháry, Andrassy, Balassa, Bercsényi et aliorum. A. 1635—6. ex 194 auditoribus erant 124 Hungari, 43 Slovaci, 16 Croati, 1 Dalmatinus, 1 Valachus, 2 Poloni, 7 Germani. A. 1638—9. sunt 69 auditorum Hungari 36, Slovaci 23, Moravus 1, Croati 4, Germani 2, Polonus 1, Silesiacus 1. Qui poterat universitas, ut nunc Bohemi tam arroganter praedicant, germanitatem³³ Bohemorum et Slovacorum colere et fovere, si Slovaci tantum per unum auditorem Moraviae nexu germanitatis coniungebantur? Croati vero eā aetate, ut exemplo Nicolai Zrinyi docemur, fidissimi Hungari erant, Illyricis demum motibus, initio saeculi XIX. sunt nobis abalienati. Universitas Pazmaniana autem erat medii³⁴ oevi³⁴ hominum³⁴ menti³⁴ et cogitationi³⁴ congruenter³⁴ studium generale, id est universalis et internationalis schola superior, cui sine discrimine nationum omnes auditores ascribebantur. Universitati respectu³⁵ rerum³⁵ Hungariae publicarum³⁵ id ipsum laudi tribuendum est, quod Hungarici, Croatici et Slovaci adulescentes in communi institutorum antiquitus traditorum veneratione et observantia educabantur. Bohemi in rebus suae civitatis publicis et exteris tantummodo halucinantes³⁷ nullis argumentis confirmare possunt universitatem Tyrnaviensem cogitare et consulto conceptae et procreatae humanitatis et germanitatis Cecho-

³¹ felvételi névkönyv = Aufnahmeverzeichnis ³² unokaöccse = Neffe ³³ testvériség = Verbrüderung ³⁴ középkori értelemben = in mittelalterlichem Sinne ³⁵ politikai tekintetben = vom politischen Gesichtspunkte ³⁶ megbecsülés = Wertschätzung ³⁷ képzelődés = Phantasie

slovacicae sedem fuisse. Iam³⁸ vero³⁸ Bohemi asseverantes universitatem Tyrnaviensem iam saeculo XVII. locum fuisse, ubi Slavi et Rumeni una elaborarent, risum movent nobis. Eo tempore Rumeni tantum aberant, ut de sua propria humanitate et cultu somniarent, ut vitam rudem et incultam viverent; quorum nomina in matricula universitatis raro inveniuntur. Quis hoc ad res civiles³⁹ et publicas³⁹ aliquid momenti⁴⁰ adtulisse⁴⁰ dixerit? Ab universitate haud paucos Slavicos libros editos

omnia contra, ac Narodni Listi perhibent,⁴³ evernerunt. Professores enim semper Hungari erant. Cum vero princeps Georgius Rákóczi Tyrnaviam vi cepisset, universitatem edictis peculiaribus⁴⁴ tutatus est. Annalibus Jesuitarum a. 1645. laudatur Georgius Rákóczi, quod milites urbem diripientes collegio parcere iussit. «Nemo, — narratur Annalibus, — nobilium, imperatorum militum, sacerdotum, Calvinorum, Lutheranorum, Arianorum erat, quin collegium, aedem, convictum viserit, vitam⁴⁵ victum-



Iuventus academica in montibus Budapestinensibus.

esse, minime mirum est, cum ibi sola et unica officina fuerit, quae Cyrillicas litteras haberet. Atque etiam initio saeculi XIX. Servianorum litteris cyrillicis scripti libri Budae imprimebantur, quae res non «ab indole Slavica», sed ab apparatu typographico pendebat.

«Petrus Pázmány, — inquit Narodni Listy, — non cogitabat universitatem Hungaricam constituere, neque Hungari partes⁴¹ primas⁴¹ agebant, sed contra historiae fide confirmatur Hungaros universitati Tyrnaviensi infestissimos fuisse, id quod Georgius et Franciscus Rákóczi contestantur, qui collegio canonicorum,* a quo universitas sustentabatur, belli iure tributum imperaverunt.⁴² Sed haec

que⁴⁵, ceremoniam et instituta collegii consideraverit atque inde animo commotus plenusque amoris et observantiae discesserit.» Rákóczy litteras securitatem praestantes separatim edidit, quibus sub mortis poena interdixit,⁴⁶ ne quis Iesuitas inquietaret neve bona eorum infestaret.

Ineunte saeculo XVIII. Generalis Francisci Rákóczi, comes Nicolaus Bercsényi Tyrnaviā vi captā statim parci iussit universitati vetuit-

³⁸ hát még = gar noch, vollends ³⁹ politikai = politisch
⁴⁰ befolyással volt = von Bedeutung war ⁴¹ főszerep =
 Hauptrolle *káptalan = Domkapitel ⁴² kiró = auferlegt
⁴³ állítja = behauptet ⁴⁴ különleges = besondere ⁴⁵ élet-
 mód = Lebensweise ⁴⁶ megtilt = verbot

que eam in munere⁴⁷ fungendo⁴⁷ quoquomodo interpellari.⁴⁸ Scholae ab a. 1701. ad a. 1705. sine interpellatione continuabantur. Postea Bercsényi aliquot Iesuitas non Hungaricos propter fidem Caesari servatam ex universitate exclusit. Cum collegio canonicorum tributum imponeret, universitatem intactam reliquit.

Quid sit causae, cur Bohemi facta et res universitatis Tyrnaviensis depravent,⁴⁹ ex verbis, quae Ristakovics, professor Servianus sollemnibus fecit, intelligitur: «Quemadmodum — inquit ille, — nos Hungaricas nationes, quae in dicionem civitatum⁵⁰ Hungariae succedentium⁵⁰ venerant, Hungaricā⁵¹ indole⁵¹ exuimus,⁵¹ sic res gestae quoque Hungariae specie Hungaricā exuantur, necesse est!» Vicini nostri, ut nobis praesentia⁵² crudelem in modum et immerito acerba⁵³ effecerunt,⁵³ sic nunc praeterita tempora nobis ereptum eunt. Hungaricorum historicorum⁵⁴ est apud iudices exteros evincere,⁵⁵ ne animi et ingenii bona nobis eripiantur.

Finis.

⁴⁷ munkájukban = in ihrer Arbeit ⁴⁸ zavarni = stören
⁴⁹ elferdítik = verdrehen ⁵⁰ utódállam = Nachfolgestaaten
⁵¹ magyarságából kivetkőztet = entmagyarisieren
⁵² jelenünket = unsere Gegenwart ⁵³ megkeserít = vergällen
⁵⁴ kötelesege = es ist die Pflicht ⁵⁵ kiküzd = durchsetzen

Quomodo Cicero occisus fuerit?

Excerpta ex opere H. Eulenbergii, quod «Cicero der Rechtsanwalt, Redner Denker und Staatsmann» inscribitur. — Latine reddidit Aem. Láng.

Octavianus cum Antonio Lepidoque societatem¹ cum iniisset¹ atque tabulae² proscriptionis² triumviralis propositae fuissent, Cicero Romā in praediolum³ Tusculanum³ se recepit. Ibidem cum fratre Quinto ultimum congressus est, qui in re publica⁴ dissidenti⁴ et in annos⁵ irae indulgenti denuo reconciliatus est.⁶ Nam eādem indignatione exarsus, quam M. Antonius, pestis patriae apud fratrem auctoritate florentem moverat, etiam Quintus in partes⁷ propugnatorum⁸ reipublicae liberae transiit.⁷ Sic fratres, ut olim intra iuventam,⁹ invicem ardentius diligebant veteremque familiaritatem redintegrarunt.¹⁰ Cicero etiam cum filio fratris dissoluto¹¹ supremis vitae diebus pacem fecit. Quotiens bitem¹² Ciceroni

movit¹² iuvenis ingenio praestantissimo praeditus, cum studio Caesarianorum¹³ fanatico¹⁴ arderet! In Africa et Hispania in exercitu Caesaris praefectus¹⁵ insolens¹⁶ atque voluptatum cupidissimus se iactabat et imperatorem suum pro deo venerabatur. Cum vero Cicero audivit Quintum iuniorem multoties obiurgatum¹⁷ consilium cepisse M. Antonium in crimen¹⁸ vocandi,¹⁸ tum studiis in eum accensis temperare¹⁹ non potuit. Quod magnum erat documentum,²⁰ quam mobilis acc mutabilis esset animus Ciceronis: eundem iuvenem, quocum proximis²¹ annis usque stomachabatur²² et in quo ei paene nihil laude dignum visum erat, nunc — ut ipse in tertia Philippica fatetur — «propter eius suavissimos atque optimos mores praestantissimumque ingenium unā cum fratre certatim amat, omnibusque horis, oculis, auribus complexu tenet.»

Ceterum Quintus re verā²³ omnia vetera vitia exiit, nam in periculo mortali sibi patrique imminenti valde honeste se gerebat atque fortissimum animum praestitit.

Ut ordinem²⁴ rerum tristium antecapiamus,²⁵ accipite, quae sequuntur: *Continuabitur.*

¹ szövetségre lép = ein Bündniß schliessen ² proskribáltak lajstroma = Achtungslisten ³ Tusculum (ma Frascati) mellett kis birtok = bei Tusculum (jetzt Frascati) ein kleines Landgut ⁴ a politikában más nézetet vall = in der Politik anderer Ansicht sein ⁵ évekig = auf Jahre hinaus ⁶ kibékült = war ausgesöhnt ⁷ kinek (alicuius) pártjára áll = zu jmdes Partei übergehen ⁸ védő = Verteidiger ⁹ ifjúságuk virágkorában = in der Jugendblüte ¹⁰ helyreállít = wiederherstellen ¹¹ rakoncátlan = ungeberdig ¹² megharagit = ärgern ¹³ Caesarpártiak = die Anhänger Caesars ¹⁴ rajongó = begeistert ¹⁵ katonatiszt = Offizier ¹⁶ hetyke = keck ¹⁷ pirongat = tadeln ¹⁸ perbe fogni = unter Anklage setzen ¹⁹ uralkodni vmi felett (alicui)-beherrschen ²⁰ példa = das Beispiel ²¹ legutóbbi = nächst vergangen ²² zsembel = sich ärgern ²³ valóban = wirklich ²⁴ lefolyás = Ablauf ²⁵ megelőzni = vorwegnehmen

Salse dicta.

Chilon, unus ex septem sapientibus Graecis, dixisse fertur: — Cogita de morte, ne obliviscaris eius, quod tibi bonum est.

Antisthenes, philosophus Graecus, dixit quondam discipulis suis: — Carnifex melior est tyranno. Quia carnifex tantum sceleratos occidit, sed tyrannus etiam innocentes.

Victor Kósa
disc. Keszthelyensis.



Euwe — princeps ludi¹ latrunculorum.¹

Aliechinus, qui adhuc princeps huius ludi fuit, a Batavo² Maximiliano *Euwe* (dic: oeve) est superatus. Certamen ultimum Amstelodami³ ante diem XIX. et XVIII-um Kal. Jan. consertum est, quo remisso⁴ neuter se victorem praestitit. Ita titulus principatus ludi latruncularii Maximiliano *Euwe* contigit, qui 15½ puncta tulit, *Aliechinus* autem 14½ punctis principatum, quem anno 1927. in certamine cum *Capablanca* conserto acquisiverat et anno 1930. contra *Bogoljubowum* prospere defenderat, iam amisit.

Princeps novus anno 1901. natus ad studia mathematica in patria sua se contulit, sed iam dissertatio⁵ inauguralis,⁵ quā amplissimum doctoris gradum⁶ adeptus est, studium eius dilectissimum: ludum latrunculorum esse enuntiavit, nam problemata cum ludo latrunculorum cohaerentia⁷ sibi proposuit. Ita iam iuvenis praestantissimus Batavorum latrunculis¹ ludendo¹ operam dantium existimatus mox, postquam magister lycei puellarum factus est, summo studio se huic arti dedit et semper commeatus⁸ ei datus est,⁸ ut particeps certaminum huius ludi gloriam patriae suae pararet. Ita usque ad Indiam Batavorum pervenit et adversarii, quos⁹ monuit,⁹ ut⁹ regi⁹ caverent,⁹ persaepe ad incitas¹⁰ redacti¹⁰ = victi ab eo sunt. Quae facilitas et humanitas magistratum intellegi potest, si iuvenem magistrum interea heroa¹¹ populi sui factum respicimus. Sed etiam amabilis et modestus noster *Euwe* est, quam ob rem cum Batavis etiam multi amicorum ludi illius nobilis victoriā eius gaudent. Hic publicamus motus ludi tertio Dec. in oppido *Zandvoort* incepti et quarto Amstelodami victoriā *Euwii* finiti.

| <i>Albi:</i> ¹² <i>Euwe</i> | <i>Nigri: Aliechin</i> |
|--|------------------------|
| 1. d 2 — d 4 | e 7 — e 6 |
| 2. c 2 — c 3 | f 7 — f 5 |
| 3. g 2 — g 3 | C f 8 — b 4 † |
| 4. C c 1 — d 2 | C b 4 — e 7 |
| 5. C f 1 — g 2 | E g 8 — f 6 |
| 6. E b 1 — c 3 | 0 — 0 |
| 7. E g 1 — f 3 | E f 6 — e 4 |
| 8. 0 — 0 | b 7 — b 6 |
| 9. Ra d 1 — c 2 | C c 8 — b 7 |
| 10. E f 3 — e 5 | E e 4 × c 3 |
| 11. C d 2 × c 3 | C b 7 × g 2 |



| | |
|------------------|--------------|
| 12. R g 1 × g 2 | Ra d 8 — c 8 |
| 13. d 4 — d 5 | d 7 — d 6 |
| 14. E e 5 — d 3 | e 6 — e 5 |
| 15. R g 2 — h 1 | c 7 — c 6 |
| 16. Ra c 2 — b 3 | R g 8 — h 8 |
| 17. f 2 — f 4 | e 5 — e 4 |
| 18. E d 3 — b 4 | c 6 — c 5 |
| 19. E b 4 — c 2 | E b 8 — d 7 |
| 20. E c 2 — e 3 | C e 7 — f 6 |

¹ Sakkjáték = Schachspiel ² holland = Holländer
³ Amsterdam ⁴ remivel végződött = endete mit einem Remis ⁵ doktori avató értekezés = Doktorarbeit ⁶ cím = Titel ⁷ összefügg = zusammenhängen ⁸ szabadságoták = wurde beurlaubt ⁹ sakkot adott = dem Könige Schach bieten ¹⁰ matt = schachmatt ¹¹ hős = Held ¹² scilicet latrunculi: R = Rex, Ra = regina, C = cursor, E = equus, T = turris. Ordinem huius ludi illustrissimus dominus *A. Makkink* rector gymnasii Schiedamiensis nobis rogantibus misit, pro qua benignitate quin maximas gratias dicamus, non praetermittere possumus.

| | |
|-------------------|----------------------------|
| 21. E e 3 × f 5 | C f 6 × c 3 |
| 22. E f 5 × d 6 | R a c 8 — b 8 |
| 23. E d 6 × e 4 | C c 3 — f 6 |
| 24. E e 4 — d 2 | g 7 — g 5 |
| 25. e 2 — e 4 | g 5 × f 4 |
| 26. g 3 × f 4 | C f 6 — d 4 |
| 27. e 4 — e 5 | R a b 8 — e 8 |
| 28. e 5 — e 6 | T f 8 — g 8 |
| 29. E d 2 — f 3 | R a e 8 — g 6 |
| 30. T f 1 — g 1 | C d 4 × g 1 |
| 31. T a 1 × g 1 | R a g 6 — f 6 |
| 32. E f 3 — g 5 | T g 8 — g 7 |
| 33. e 6 × d 7 | T g 7 × d 7 |
| 34. R a b 3 — e 3 | T d 7 — e 7 |
| 35. E g 5 — e 6 | T a 8 — f 8 |
| 36. R a e 3 — e 5 | R a f 6 × e 5 |
| 37. f 4 × e 5 | T f 8 — f 5 |
| 38. T g 1 — e 1 | h 7 — h 6 |
| 39. E e 6 — d 8 | T f 5 — f 2 |
| 40. e 5 — e 6 | T f 2 — d 2 |
| * | |
| 41. E d 8 — c 6 | T e 7 — e 8 |
| 42. e 6 — e 7 | b 6 — b 5 |
| 43. E c 6 — d 8 | R h 8 — g 7 |
| 44. E d 8 — b 7 | R g 7 — f 6 |
| 45. T e 1 — e 6 † | R f 6 — g 5 |
| 46. E b 7 — d 6 | T e 8 × e 7 |
| 47. E d 6 — e 4 † | Victum se de- claravit. |

Dion. Kővendi.

Fuga mea ex Transsilvania. (2)

Historia vera. Commentarios *Victoris Muderspach*. Latine libere reddidit *I. Guelfino*.

«Eques Csörgő!» appello eum in latebris.⁶¹ Ille quasi fulmine ictus⁶² restitit, agnitāque voce meā, caute: «Ubi lates, domine succenturio?», rogavit.

Jussus latebras intravit et rebus breviter enarratis rogante me ad hospitem⁶³ meum Banicam abiit, a quo cibaria vestimenta⁶⁴que mihi portaret. Brevi regressus dixit hospitem desperatum mihi nuntiare totam regionem custodibus publicis militibusque esse circumdatam, quare mihi nihil eum suadere posse, quam ut cum poenitentia⁶⁴ me quam prius ultro⁶⁵ dederem.⁶⁶

Acerbe surridebam.

Eques Csörgő autem non est philosophus. Humane et simpliciter, ut noctem in casa sua

degerem⁶⁷ et ante lucem, ne quis vicinorum quidquam animadverteret, abirem, rogabat. Satiatus⁶⁸ cibo somnoque in casa fossoris⁶⁹ huius simplicis (Csörgő enim fossor erat) redii in latebras. Tota die rursus⁷⁰ frustra insidiabar⁷¹ praedae ieiunus⁷² et sic nil aliud remansit, quam ut in oppidum Petrosenium irem, ibique omnia mihi necessaria conquererem.

Cum igitur iam omnia tenebrae tenerent, perrepens per vicum⁷³ cingarorum⁷³ ad tabernam⁷⁴ quandam perveni. Introspeciens per rimam⁷⁵ veli familiam circum catinum⁷⁶ vaporantem⁷⁷ coenare aspexi. Ingressus coenantes Valachos esse constitui. Et tum peram⁷⁸ de pariete promi⁷⁹ et polentam⁸⁰ omnem in sacco poni iussi. Factum est. Nunc caseum, lardum,⁸¹ coffeam, candelas⁸² et flammiferum⁸³ Peractum est. Asciam⁸⁴ quoque! Exue⁸⁵ tibi bracas⁸⁶ saccumque! Obtemperavit. Cum his thesauris⁸⁷ exsilii in tenebris silvam petiturus. Pedibus nudis carpo viam, quia et Csörgő et mercator statura humili erant, calceosque mihi inutiles gerebant. Per⁸⁸ tacitum⁸⁸ proficiscor, cum Valachum appropinquare audio, a quo resalutatus, interdum illum nonnullas res rogitabam, pedibus meis attractavi⁸⁹ calceamenta, et, quia bona mihi videbantur, paulum resistentem coēgi, ut ea cum interula⁹⁰ (qua pedes involvere possem) mihi traderet. Ad latebras per sarmenta⁹¹ dispersa⁹² notatas redii et polentā calidā caseoque bene pastus,⁹³ sarcinā comparatā, (calceamenta optima erant), ad coelum suspirans⁹⁴ viam ingressus sum: viam laborum, quam nunquam, nisi corpore exercitationibus corroborato, animoque periculis confirmato, perficere potuissem.

⁶¹ rejtkehely = Versteck ⁶² találva = getroffen
⁶³ vendégbarát = Freund ⁶⁴ bűnbánóan = Reue ⁶⁵ önként = aus freien Stücken ⁶⁶ magát megadja = sich ergeben ⁶⁷ eltölt = zubringen ⁶⁸ jóllakva = sättigen
⁶⁹ bányász = Bergmann ⁷⁰ ismét = wieder ⁷¹ leselkedni = lauern ⁷² étlen-szomjan = hungrig ⁷³ cigánysor = Zigeunerviertel ⁷⁴ üzlet = Laden ⁷⁵ hasadék = Ritze
⁷⁶ tál = Schüssel ⁷⁷ gőzölgő = mit Dunst erfüllt ⁷⁸ hátizsák = Rucksack ⁷⁹ levesz = hervorholen ⁸⁰ árpakása = Gerstengraupe ⁸¹ szalonna = Speck ⁸² gyertya = Kerze
⁸³ gyufa = Streichholz ⁸⁴ szekerce = Zimmeraxt ⁸⁵ levét = ausziehen ⁸⁶ nadrág = Hose ⁸⁷ kincs = Schatz
⁸⁸ csendben = ganz still ⁸⁹ kitapogat = betasten ⁹⁰ ing = Hemd ⁹¹ rőzse = Reisig ⁹² szétszórt = zerstreut ⁹³ jóllakva = nähren ⁹⁴ sóhajt = seufzen



III.

Nunc laboribus inhumanis paratur iter salutis.

Nebulae densissimae incumbunt terrae et iterum pluere¹ coepit. Etsi omnia mihi nota, maxime cavendum est, ne de via recta decedam. Multum iam temporis progressus, cum ad crucem, quam optime novi in media silva, pervenissem: ut mihi, Domine, peractis omnibus laboribus victoriam tribuere digneris, humillime rogo, orans levato tribuni praeterii pileo, clausumque est post me velum² nebularum. Ecce autem video locum (*Dealubabi nominatur*), qui — si consilio³ me persequantur — nocte dieque attentissime observari⁴ debet, qua de causa experior⁵ sclopetum, ne forte me deficiat et cum clausura⁶ optime munere fungi⁷ videtur, inter frutices rēpens, cautissime, ne ramulus⁸ minimus quidem frangatur, me surripio.⁹ Illucescit.¹⁰ Ego autem ad primam lucem iam procul inter fagos veterimas facio iter, loco haud ignoto et ad fossas¹¹ nostras militares¹¹ pervenio, passim sublapsas.¹² Dies semper lucidior fit. Non retineri possum, quin subsistam¹³ et de omnibus glebis,¹⁴ lapidibusque, trabibus et caveis semper lucidior evasit in mente memoria pugnatum, quas ego cum metallicis, militiāque¹⁵ tumultuariā¹⁵ Budapestinensi depugnavi ad repellendos hostes, qui instructis¹⁶ ordinibus¹⁶ per hebdomades¹⁷ frustra conabantur irrumpere. Furiosā pugnā luctabantur¹⁸ hic Hungari, aetate iam provecti,¹⁹ cum robore²⁰ Valachorum, dum omnes mulieres et nondum²¹ adulti²¹ pagorum²² Szálláspatak, Borbátvíz, Serel et Livádia in montes ad stationes iussas tormenta²³ Germanorum, quos tam diu summo in discrimine,²⁴ parati potius mori quam pedem referre expectabant, extraherent, ad quorum primum tonitrum²⁵ ad coelum sublatus est clamor: vivat, vivat... Et milia cadaverum hostium constraverunt,²⁶ foedaveruntque²⁷ colles virides. Quorum ossa depasta²⁸ vulturibus, ferisque silvarum etiam nunc eodem loco albescere video. Quos autem tunc fugavi, nunc fugere cogor.

Continuabitur.

¹ esik = es regnet ² függöny = Vorhang ³ tervszerűen = planmässig ⁴ szemmel tart = beobachten ⁵ kipróbál = prüfen ⁶ zárvarzat = Verschluss ⁷ működik = funktionieren ⁸ ágacska = Zweigelchen ⁹ átoson = hindurchschleichen ¹⁰ pirkad = es wird hell ¹¹ lövészárók = Schützengraben ¹² beomlott = einstürzen ¹³ megáll =

stehen bleiben ¹⁴ rög = Erdscholle ¹⁵ népfelkelés = Landsturm ¹⁶ szabályos harcvoal = in geschlossener Schlachtreihe ¹⁷ a hét = Woche ¹⁸ küzd = kämpfen ¹⁹ előrehaladt = vorgerückt ²⁰ színe-java = Kerntruppen ²¹ serdületlen = unerwachsen ²² falu = Dorf ²³ ágyú = Kanone ²⁴ válság = Gefahr ²⁵ eldőrdülés = Erdröhnen ²⁶ ellep = bedecken ²⁷ hemocskol = besudeln ²⁸ lerág = abfressen



Latinitas moderna.

Ex libro *Caroli Thieme*, qui inscribitur «Scribisne litterulas latinas?» Ed. IV. 1928. Ferd. Dümmler Berolini.

Deversorium¹ commendatur.

N. N., viri optimi, deversorium, ubi Hedwigis, sororis meae, epulae nuptiales fuerunt, diligenter Tibi commendaverim. Ibi habetur lux² electrica, magna exedra,³ atrium⁴ musicorum.⁴ Famulorum ministerium optimum, cibi potusque persapidi⁵ parvo⁶ constant.⁶

Quod attinet ad hospitium⁷ in N. N. deversorio, hoc quoque Tibi valde commendaverim. Cubiculum⁸ per diem constat⁹ duabus marcis¹⁰ una¹¹ cum coffea. Carnis¹² bubulae¹² frustum¹² assum¹² vel pernae¹³ aliquantulum¹³ pro prandio¹⁴ 50 nummis¹⁵ constat. Pro cena,¹⁶ sive¹⁷ aliquis vult vesci piscibus, sive assi¹⁸ aliquan-



Max. Euwe in schola.

tulo, sive¹⁷ avibus,¹⁹ cum cerevisiae²⁰ poculo solvuntur 75 nummi ad²¹ unam marcem.

¹ szálloda = Hotel ² világítás = Beleuchtung ³ társalgóterem = Gesellschaftssaal ⁴ kis zeneterem = kleiner Musiksaal ⁵ ízletes = schmackhaft ⁶ olcsók = sind billig ⁷ lakás = Logis ⁸ szoba = Zimmer ⁹ kerül = kostet ¹⁰ márka = Mark ¹¹ beleértve = einschliesslich ¹² kis bifsztek = kleines Beefsteak ¹³ adag sonka = Portion Schinken ¹⁴ villás reggeli = zweites Frühstück ¹⁵ Pfennig ¹⁶ Diner ¹⁷ aszerint...; amint = je nachdem... oder ¹⁸ sült = Gebratenes ¹⁹ szárnyas = Geflügel ²⁰ sör = Bier ²¹ -ig = bis

Vina rubra et candida optimo sunt sapore,²² album autem rubro praefero, quia rubrum paulo acerbius²³ est. Vini albi languncula²⁴ dimidiata²⁴ 75 nummis constat. Pro curru²⁵ deversorio²⁵ usque ad stationem solves unam marcam et dimidiam. En²⁶ pretia!

Salutem²⁷ optimam²⁸ et plurimam²⁸ dicit²⁷ patri et sorori et si²⁹ quem alium benevolentem videris!²⁹ Ut³⁰ bene³⁰ valeas!³⁰

Tibi deditissimus³⁰
N. N.

²² zamat = munden ²³ fanyar = herb ²⁴ félüveg = halbe Flasche ²⁵ szállodai kocsí = Hotelwagen ²⁶ ime ezek = da hast Du ²⁷ add át üdvözetemet = grüsse ²⁸ számos meleg = bestens und vielmals ²⁹ mindenkit, aki szívesen gondol rám = wer sich sonst noch meiner freundlich erinnert ³⁰ Isten veled = Mit Gruss ³⁰ készséges híved = Dein ergebenster



Iocosa.

1. In caupona¹ celeberrima dicit hospes pincernae:² «Hoc ius³ comedere non possum!» — Pincerna nihil respondens aliud ius mensae administrat.⁴ «Neque hoc ius comedere possum!» repetit hospes. Pincerna consternatus cauponem advocat. Hic se excusat: «Apud nos, quaeso, adhuc nemo ius male olere⁵ questus est.» — «Bonā veniā⁶ neque ego hoc dixi. Tantum declaravi me hoc ius comedere non posse.» — «Et cur, si scire licet?» — «Deest enim in mensa . . . cochlear!»⁷

2. Optimates Austriae in epistola rogaverunt Franciscum Iosephum Caesarem, ut lucum Prater dictum claudi iuberet, quia alius lucus, ubi cum natis eodem genere ambulare et conversari possent, omnino deesset. Caesar rescripsit: «Si ego tantum cum illis, qui pari loco orti sunt, conversari vellem, in cryptam Capuciorum ad maiores descendere cogerer.»

3. In partibus inferioribus Angliae terrae⁸ motum⁸ fore praenuntiaverunt ephemerides. Parentes quidam praecauti quattuor filios parvos ad avum in parte superiore Angliae habitantem transmiserunt. Paulo post parentes

telegramma accipiunt: «Reportate filios vestros, mittite potius terrae motum!»

Felic. Gondán.

4. Puer in cursu publico:⁹ «Rogo humillime tesseram¹⁰ pretii 20 libellarum.»¹¹ Cum functionarius tesseram tradit, puer interrogat: «Quanti constat?»

5. Professor in hora Latina: «Qualis forma est *nominem*?» — Discipulus: «Accusativus *nominis*» (Qui hunc iocum non intelligunt, comparare debent declinationem substantivi «nomen» cum coniugatione verbi «nominare.»)

Eug. Keller

disc. Rákospalotensis gymn. Wagneriani.

6. Cingarus nundinis¹² equum claudum¹³ venditabat, quem nemo emere voluit. Cum autem postremo quidam spectatorum Cingaro equum claudum esse obiecisset,¹⁴ ille iure iurando adeo affirmavit unquam tantum equi clavo¹⁵ laesam esse, ut postremo tamen emptorem inveniret. Qui equo empto admonefactus a ceteris iusiurandum Cingari falsum fuisse: «Nihil¹⁶ refert¹⁶ — respondit — etiam ego falsis nummis pretium solvi.»

Lad. Mihalsik

disc. gymn. Universitatis Budapest.

7. Maximilianus parvus ad matrem: «Hae braciae¹⁷ vere iam incommodant me. Astrictiores¹⁸ enim sunt cute meā.» — Mater: «Stulte loqueris; hoc fieri non potest.» — Max.: «Quin¹⁹ posset? Nam in cute mea leviter flector,²⁰ in braciis autem nequāquam.²¹»

Th. Mattyasovszky,
disc. eiusdem gymn.

8. Filius: «Pater, ego quidem timeo medicum dentium.» — Pater: «At quomodo potes timere eum? Vix attingit, cum dens iam evulsus²² est.» — F.: «Tibi, pater, tractusne est iam unus ex dentibus?» — P.: «Unus, mi fili? Centum! Non est igitur, quod timeas.»

Joannes Törs
disc. eiusdem gymn.

¹ vendéglő = Gasthaus ² pincér = Kellner ³ leves = Suppe ⁴ felszolgál = servieren ⁵ szaga van = riechen ⁶ engedelmével = mit Erlaubnis ⁷ kanál = Löffel ⁸ föld-rengés = Erdbeben ⁹ posta = Post ¹⁰ bélyeg = Briefmarke ¹¹ fillér = Heller ¹² hetivásár = Wochenmarkt ¹³ sánta = hinkend ¹⁴ szemére vet = vorwerfen ¹⁵ szeg = Nagel ¹⁶ nem tesz semmit = es macht nichts ¹⁷ nadrág = Hose ¹⁸ szűk = eng ¹⁹ miért ne? — warum nicht? ²⁰ le-hajolni = sich beugen ²¹ semmiképpen = auf keine Art und Weise ²² kihúz = ausreißen

9. Mater severe Stephanum pigritiae rationem²³ reddere²³ iubens: ²³ «Cur non clavichordio²⁴ canis?²⁴ Nonne viginti tibi libellas promisi, ut crustula²⁵ emere posses, si clavichordio studiose cecineris?» — «Ita est — respondet Stephanus — sed vicinus noster 30 libellas pollicitus est, ne clavichordio canerem.»

Aemilius Gurszky
disc. eiusdem gymn.

²³ felelősségre von = zur Rechenschaft ziehen ²⁴ zongorázik = Klavier spielen ²⁵ cukorsütemény = Kuchen

Eugenius Pintér de Adalberto Liber.

Percontatio.¹

Diurnarius noster adiit *Eugenium Pintér*, virum doctissimum, provincialem studiorum rectorem superiorem Budapestinensem, ut eum de *Adalberto Liber* percontaretur.² Vir illustrissimus, cuius sub auspicio Adalbertus Liber vir peritissimus rerum scholasticarum administrandarum evasit, libenter voluntati³ nostrae³ obtemperans³ mores⁴ huius viri hoc modo descripsit.⁴

Paucos inter viros scholasticos tam variis⁵ diversisque⁵ studiis⁵ ornatos⁵ invenias, quam Adalbertum Liber. Vir nunc 51 annorum in Universitate non solum diploma utriusque linguae classicae docendae acquisivit, sed etiam in doctrina iurisprudentiae⁶ amplissimum «doctoris» gradum est adeptus. Primum in oppido Erzsébetváros, mox Budapestini in realgymnasio de Sigismundo Kemény nominato munere⁷ docendi⁷ fungebatur.⁷ Bello gentium exorto voluntariam⁸ militiam⁸ professus est⁸ et centurio⁹ tormentarius⁹ factus atque insignibus laudis decoratus solum bello confecto missam¹⁰ fecit¹⁰ militiam.¹⁰ Post bellum et perturbationes¹¹ in republica adiutor rectoris superioris intermedischolarium Buda-



pestinensium munere fungebatur et anno 1928. consiliarius¹² ministerialis¹² nominatus in ministerio instructionis publicae res centri publici circulatorum¹³ — vulgo *Kisok* dicti — gymniciis¹³ intermedischolaribus¹³ curandis¹³ administrabat.

Hoc¹⁴ munere¹⁴ fungens¹⁴ optime de gymniciis excolendis meritis est. Deversorium¹⁵ recreandi¹⁵ centri supra memorati ad lacum Pelsonem¹⁶ prope Tihany a ministro Klebelsberg exaedificatum optime instruxit, ubi quotannis per aetatem 96 discipuli per ternas hebdomades recreandi causa publice¹⁷ aestatem¹⁷ transigunt.¹⁷ Planitiem¹⁸ veterem citatis¹⁸ equis¹⁸ agendis¹⁸ — hominibus gymnica¹⁹ exercentibus¹⁹ instruxit et aliquoties in urbibus exterarum gentium quoque studiorum causa comorabatur, ut varia genera gymniorum cognosceret, e quibus ipse maxime soleis²⁰ nivalibus²⁰ currendo²⁰ indulsit.²¹

Sed quamquam per tot annos rebus²² ad gymnica²² pertinentibus²² operam dabat, caritatem erga studia classicorum quoque retinuit,²³ ideoque iure sperare possumus, Adalbertum Liber etiam in nova sua provincia²⁴ munere provincialis rectoris studiorum su-


¹ interju = Interview ² interjút kér = ein Interview erhalten ³ készséggel helyt ad a kérésnek = bereitwillig gewähren ⁴ jellemez = charakterisieren ⁵ sokoldalú = vielseitig ⁶ jogi tudomány = Rechtswissenschaft ⁷ tanárként működött = war als Prof. tätig ⁸ önkéntesnek jelentkezik = sich zum freiwilligen Militärdienst melden ⁹ tüzér-

tiszt = Artillerieofficier ¹⁰ odahagyja a katonaságot = aus dem Militärdienst scheiden ¹¹ forradalom = Revolution ¹² miniszteri biztos = Ministerialkommissär ¹³ középiskolai sportkörök országos központja = Landeszentrale der Mittelschulsportvereine ¹⁴ e működési körben = in diesem Wirkungskreis ¹⁵ üdülőtélep = Erholungsheim ¹⁶ Balaton = Plattensee ¹⁷ államköltségén nyaral = auf Staatskosten in der Sommerfrische weilen ¹⁸ ügetőversenypálya = Trabrennplatz ¹⁹ sportoló = Sport treibend ²⁰ sielés = Skisport ²¹ hódol = Vorliebe haben für ²² sportügy = Sportwesen ²³ megőriz = bewahren ²⁴ hatáskör = Wirkungskreis

perioris primi Sabariensis²⁵ fungentem patriae iuventutique Hungariae studiosae summo decori utilitatique esse futurum.

Convertit Adalbertus Danczer.

²⁵ Szombathely = Steinamanger



Swift scriptor satiricus et sacerdos aliquando viris multis et nobilissimis eum audientibus in oratione¹ de rebus¹ divinis¹ habit¹ haec dixit :

«Homines superbi in tria genera dividi possunt. Inveniuntur, qui loco sint splendidissimo, quo nati sunt, elati.² Alii multis pecuniis et divitiis maximis, alii autem ingeniis suis acerrimis sunt insolentes.³ Sed de genere ultimo huius sceleris nolim facere verba, nam neminem auditorum in hoc peccato esse persuasum mihi⁴ habeo.⁴

Victor Kósa

disc. Keszthelyensis.

¹ szentbeszéd = Predigt ² büszke = stolz ³ elkaptott = sich überhebend ⁴ meggyőződésem szerint = ich bin überzeugt

Patria mea.

| | |
|-----------------------------|---------------------------|
| <i>Terra copiosa,</i> | <i>Terra virtuosa,</i> |
| <i>O, gravis frumentis,</i> | <i>Habes sanguinam</i> |
| <i>Vinis aureis,</i> | <i>Benedictam gentem,</i> |
| <i>Hungaria!</i> | <i>Hungaria!</i> |

| | |
|--------------------------|---------------------------|
| <i>Terra ter iocosa,</i> | <i>Terra o! fecunda,</i> |
| <i>Ubi amatores</i> | <i>Scientiae aedes,</i> |
| <i>Canunt felices,</i> | <i>Semper visenda es,</i> |
| <i>Hungaria!</i> | <i>Hungaria!</i> |

Terra lacerata,
Spera pulcherrimum
Temporis adventum.
Hungaria!

Julius Horváth
disc. Széchenyiani.

Cursus certamen per manus. Liverpooli nuper cursus certamen novo more fuit. Spatium¹ pas-

suum 100 metrorum per manus fugā conficiendum¹ erat. Artifices² gymnici² participes huius certaminis fieri vetitum erat. Cursorum³ sedecim manualium,³ qui profecti sunt, discipulus 17 annorum primus advēnit, cui ad spatium conficiendum modo minuto et 22 secundis opus erat. Sane cumulus⁴, qui adversus⁵ omnes difficultates in manibus habetur.

Nicolaus Berger

disc. gymn. I. P. E. A.

¹ távot megtesz = die Strecke zurücklegen ² artista = Artist ³ kézenfutó = Handläufer ⁴ Rekord ⁵ ellenére = trotz

Epistula Desiderii Kosztolányi ad Horatium. (2)

Latine reddidit Aem. Láng.

Romam semper bellis implicitam ideoque totam in armis vidimus, sed scriptis tuis vita Latina suā ipsā⁸⁵ naturā⁸⁵ panditur.⁸⁶ Inter legendum adolescentes atque viri in campo Martis pilā ludentes vel heredipetae⁸⁷ vel captatores⁸⁸ dotium,⁸⁸ qui divites viduas⁸⁹ venantur vel garruli,⁹⁰ qui nobis⁹¹ haerent⁹¹ et quorum inanis loquacitas nobis morti est, animo representantur. Hi viles togas «provinciales» rugis* foedatas,* illi Graecos chitones ab egregiis sartoribus† factos gerunt. Cerno compotationes,⁹² de quibus hospites pallidi⁹³ surgunt, cerno lautiores⁹⁴ cenam, ubi gallina⁹⁵ in vino cocta, et aper⁹⁶ Lucanus «deni Austro⁹⁷ captus» et muraena,⁹⁸ cuius garum⁹⁹ ex sucis¹⁰⁰ piscium, ex oleo, ex vino quinquenni citra¹⁰¹ mare¹⁰¹ nato et ex bacis¹⁰² constitit, dein et iecur¹⁰³ anseris albae ficis pastae,¹⁰⁴ et melimela¹⁰⁵ ad lunam decrescentem delecta comeduntur. A te didici, quomodo vinum liquandum¹⁰⁶ sit, a te

⁸⁵ természetes közvetlenség = natürliche Unmittelbarkeit ⁸⁶ bontakozik ki = sich entfalten ⁸⁷ örökségleső = Erbschleicher ⁸⁸ hozományvadász = Mitgiftjäger ⁸⁹ özvegyasszony = Witwe ⁹⁰ fecsegő = Schwätzer ⁹¹ nem tudunk lerázni a nyakunkról = die einen nicht loslassen * gyűrött = zerknüllt † szabó = Schneider ⁹² ivótársaság = Trinkgesellschaft ⁹³ sápadtan = blass ⁹⁴ dús = köstlich ⁹⁵ tyúk = Huhn ⁹⁶ vadkan = Eber ⁹⁷ déli szél = Südwind ⁹⁸ ángolnafajta = Seefisch ⁹⁹ mártás = Tunke (Sauce) ¹⁰⁰ lé = Saft ¹⁰¹ in Italia ¹⁰² bogyó = Beere ¹⁰³ máj = Leber ¹⁰⁴ hizlalt = gefüttert ¹⁰⁵ mézalma = Honigapfel ¹⁰⁶ derit = klären

didici optimum esse prandium nigris moris¹⁰⁷ ante acriorem¹⁰⁸ solem lectis finire et duram¹⁰⁹ alvum¹⁰⁹ mytulo¹¹⁰ et cochleis¹¹¹ moveri. Cibi varii, quos describis, etiam post bimillenarium palatum¹¹² nostrum adeo irritant, ut nobis salivam¹¹³ moveant.

Poesis tua quādam intimā familiaritate¹¹⁴ tincta¹¹⁴ esse videtur, qua tu, artifex tibi¹¹⁵ conscius¹¹⁵ arcana¹¹⁶ carmina¹¹⁶ pangendi¹¹⁶ nobis eandem artem profitentibus¹¹⁷ scitissime aperis. Tu es arbiter¹¹⁸ scribendi. Praecepta tuae Artis poeticae usque ad nunc valent. Quibus praeterita saecula tantum subscripserunt, cum¹¹⁹ iis nihil adderent. Lingua tua nervo,¹²⁰ venustate¹²¹ atque lepore¹²² vivit. Carmina tua, quae tempore paganorum¹²³ persequendorum¹²³ a monachis¹²⁴ servata in monasteriis¹²⁵ occulta remanserunt, posteris legenda trademus.

Mente¹²⁶ incitatus¹²⁶ mecum¹²⁷ agito,¹²⁷ quomodo ex humili potens factus sis, quae omnia filius libertini assecutus fueris, quem pater tenui¹²⁸ censu¹²⁸ quondam ad philosophiam discendam etiam Athenas misit. Omnes motus animi tui, sensus et cogitationes tibi¹²⁹ superstites¹²⁹ supersunt, sicuti insecta¹³⁰ unā cum supremis motibus vivis in sucinis¹³¹ quasi translucido¹³² sepulchro inclusa semper vivunt. Tu, qui tam multoties mortalitatem meditabaris,¹³³ nunc apud inferos ridere potes. Vita humana re vera palmaris¹³⁴ vix 50—60 annos durat. Diuturnitas nominis et gloriae tantum digitalis¹³⁵ est, aeternitas humana autem pollicaris¹³⁶ 20—30 annos vigeat. Somnia tua, quae in carmine tuo XXX. libri III. somniasti, quodque ego quidem, poëta Hungaricus in sermonem Pannonicum vertere ausus sum, omnia ad¹³⁷ verbum¹³⁷ vera evaserunt.

Quid iam tibi dicam? Quod natalibus diebus homines a diis immortalibus optare et ominari¹³⁸ solent: longam vitam, multa atque multa milia annorum. Vale!

Servus humillimus Desiderius Kosztolányi.

Finis.

¹⁰⁷ szeder = Maulbeere ¹⁰⁸ tűző, forró = sengend
¹⁰⁹ szorulás = Magenverstopfung ¹¹⁰ kagyló = Muschelart
¹¹¹ csiga = Schnecke ¹¹² iny = Gaumen ¹¹³ (összeszalad szájunkban) a nyál = Speichel ¹¹⁴ családiasság vonását viseli magán = hat einen Anstrich von Vertraulichkeit ¹¹⁵ öntudatos = selbstbewusst ¹¹⁶ vers-



荷拉茨在梅肯處

左立者為佛吉，左坐者為荷拉茨，
右坐者為梅肯，右立者為坡立俄。

Horatius apud Maecenatem (vide pag. 78).

faragás titkai = Geheimnisse der Dichtkunst ¹¹⁷ hivatás-szerűen foglalkozik = zu einem Beruf sich bekennen
¹¹⁸ döntőbíró = Schiedsrichter ¹¹⁹ anélkül, hogy = ohne zu (inf.) ¹²⁰ erő = Kraft ¹²¹ báj = Anmut ¹²² humor
¹²³ pogányüldözés = Heidenverfolgung ¹²⁴ szerzetes = Mönch ¹²⁵ kolostor = Kloster ¹²⁶ lelkesedve = begeistert
¹²⁷ eltűnődöm = überdenken ¹²⁸ csekély vagyonú = geringes Vermögen ¹²⁹ túlélve = überlebend ¹³⁰ rovar = Insekt ¹³¹ borostyánkő = Bernstein ¹³² átlátszó = durchsichtig ¹³³ elmélkedni = nachsinnen ¹³⁴ arasznyi = eine Spanne lang ¹³⁵ ujjnyi = einen Finger lang ¹³⁶ hüvelyknyi = einen Zoll lang ¹³⁷ szószó szerint = Wort zu Wort ¹³⁸ kíván = wünschen

Epigrammata Michaelis Vitkovics.

Latine reddidit Ios. Irsik.

1. Pietas erga Deum.

Time et adora Deum quacunquē libet vice¹ vitae:
Reddet fortem te iugiter² haec pietas.


2. Ad calumniatorem.³

De me tu bene nil, sed vae, male dicta refers tu!
Cordis enim speculo⁴ non nisi prava⁵ vides.

3. Decus humanum.

Pulchra puella, nites?⁶ Recte est, sed nescia sis tu!
Es bene, vir, meritus?⁷ Recte est, at dicere noli!
Compar⁸ en iste modus, tunc ambos decorat.

¹ körülmény = Schicksal ² állandóan = fortwährend
³ rágalmozó = Verläumder ⁴ tükör = Spiegel ⁵ rossz = arg ⁶ tündököl = bist schön ⁷ érdemeidet szerez = sich verdient machen ⁸ megfelelő = entsprechend



LECTARIUS MINIMIS.

Centum pro uno.

Olim erat quidam miles, qui aureum¹ a matre accepit. Hac re laetus in templum ivit Deo gratias acturus.² Cum ingressus est, sacerdos tum ipsum dixit, qui unam libellam³ pauperi daret, centum libellas, qui unum aureum daret, centum pro eo aureos a Deo accepturum esse. Magnā laetitiā affectus miles cum e templo egressus esset, aureum mendico, qui ad ostium stabat, in manum pressit. Vix miles paulum discesserat, cum iam eum facti paenituit. Itaque rediit pecuniam recuperaturus,⁴ sed mendicus iam interea domum redierat. Miles investigavit,⁵ ubi mendicus habitaret. Postquam domum eius intravit, petivit ab eo aureum, sed mendicus dixit se nullum aureum vidisse. Recte dixit, quia caecus erat. Cum vero miles summo opere instaret,⁶ mendicus persancte⁷ iuravit se, si de aureo sciret, libenter esse redditurum.

Miles se exire simulat:⁸ ianuam aperit et claudit, ipse tamen in domo manet. Mendicus caecus militem exisse ratus dixit alteri mendico sodali,⁹ qui item caecus erat: — «Stultus essem, si aureum redderem. Nam cur mihi eum dedit?» Tum dixit se habere etiam plures aureos, qui sub lecto in corbe essent.

— «Stultus es — ait alter mendicus. — Cur habes nummos in corbe, unde facile aliquis eos furetur?»¹⁰ En, ego nummos in galero¹¹ habeo.» Tum galerum aureorum prompsit. — «Leva¹² galerum» — ait sodali.

Sed pro mendico miles galerum levavit atque ita facile sustulit.¹³ Foris¹⁴ centum aureos numeravit. Ita Deus centum ei pro uno dedit.

Val. Fehér.

¹ arany pénz = Goldmünze ² hálat ad = Dank sagen
³ fillér = Heller ⁴ visszaszerez = widererlangen ⁵ kinyomoz = ausfindig machen ⁶ követelődzik = auf etwas bestehen ⁷ égre-földre = hoch und teuer ⁸ színlel = vor-spiegeln ⁹ pájtás = Kamerad ¹⁰ ellop = stehlen ¹¹ bőrsapka = Lederkappe ¹² megemel = heben ¹³ elemel = wegnehmen ¹⁴ kint = draussen

Rosula pratensis.

Scriptis Goethe, convertit Ern. Eckstein.
 Ex libro, qui inscribitur «Carmina Latina», selegit et edidit
 Roy C. Flickinger, Iowa U. S. A.

Vidit puer rosulam, Digito forato»
 Rosulam in prato. Rosa rubra rutila,
 Adit iucundissimam, Rosula in prato.
 Spectat amoenissimam
 Corde delectato. Brevi puer carpserat
 Rosa rubra rutila, Rosulam in prato.
 Rosula in prato. Rosa frustra lacrimat,
 Frustra spinis dimicat,
 Dixit puer: «Carpo te, Raptu perpetrato.
 Rosulam in prato.» Rosa rubra rutila,
 Dixit rosa: «Pungo te, Rosula in prato.
 Perdolens cognosces me,




Novi cumuli.¹ Natationi² pectorali³ 100 metrorum cumulum mundanum (tempus: 1:8) Boicsenko Moscoviae, eidem natationi 200 metrorum (t.: 2:52) cumulum Hungaricum Csik Budapestini attulit.

In ludo «hockey» glaciali³ caterva nostra BKE clade Pragae acceptā, exercitatione assiduā effecit, ut nunc catervam Pragensium Rapidam nominatam in certamine ultionis⁴ Cupae Europaeae 4:1 punctis vincere posset, quamquam adversarii a duobus Canadensibus expleti certaverunt.

Olympia hiberna ludos Olympicos hac aestate committendos⁵ iterum antecedent. Nostrates in montibus Budapestinensibus nive oppletis diligenter soleis⁶ nivalibus⁶ exercebantur, sed nuper tempestate tepidā «diffugere nives».

¹ Rekord ² mellúszás = Brustschwimmen ³ jég = Eis
 Revanche ⁵ rendez = veranstalten ⁶ sí = Ski



Thomas Massaryk conditor atque praeses Cechoslovaciae 85 annos natus ultro propter aetatem provectam se magistratu summo reipublicae abdicavit. Successor eius **Eduardus Benes** a maiore parte factionum electus est. Hungari, Slovaci et Germani omnes ei suffragati¹ sunt, postquam sibi nationes² minores² quoque curae fore promisit.

Regum post bellum mundanum *expulsorum* primum **Georgium** a populo suo in Graeciam revocatum esse iam nuntiavimus. Quantopere **Georgius** Graecis carus acceptusque sit, imagine nostrā illustratur: plateae³

Athenis ubique multitudine complentur, quā rex apparet.

Finni nuper abs **Theodoro Rosewelt** praeside Americanorum laudati sunt, quia soli debitorum pensionem⁴ aeris⁵ alieni⁵ mense Decembri praeterito praestandam⁶ solverunt.

Milites in Gallia quotidie aliquantum vini, quin etiam ostreas⁷ accipiunt. Gubernium enim vineae⁸ cultores⁸ ostreariosque⁹ discrimine¹⁰ oeconomico afflictos aliter adiuvarē non potest.

Russia Sovietica in America Meridionali ignominiam¹¹ magnam tulit. Nam respublica Uruguayana seditiosis, quos ab legatione Russica corruptos et instigatos¹² esse brevi apparuit, debellatis non solum coniunctionem cum Russia diplomaticam interrupit, sed etiam

cum civitatibus vicinis agitationem Sovieticam reprimendi causa foedus icit.

Calamitates graves neque hoc mense defuerunt. *Urbe Bonaerensi*¹³ nuntiantur homines calore intolerabili 41—43 graduum Celsii in Argentina vexari. In *Africa* autem *Meridionali* incendium die Nativitatis Christi terruit Cape-Townienses. Mons igneo mari 200 pedes alto circumdatum columnam fumi 1000 pedes altam eiecit, 500 milia arborum perierunt, quarum pretium 250,000 librarum *sterling* aestimatur. Mille vigiles¹⁴ atque legio¹⁵ tormentaria¹⁵ duos



dies frustra cum flammis pugnabant, quae tandem vento mutato exstinguebantur. In *America* plus 200 homines frigoris vi exanimatos esse Neo-Eboraco¹⁶ comperimus. Glaciē lacus Gabovini ad *Regiomontium*¹⁷ ruptā puerorum, qui soleā¹⁸ ferratā¹⁸ veherentur (= patinarent), nonnulli submersi perierunt. In Germania tractus citatissimus (vulgo: *express*) pridie diei natalis Christi in *statione*

¹ rászavazni = stimmen für ² nemzetiségi kisebbség = nationale Minderheit ³ utca = Strasse ⁴ törlesztési részlet = Rate ⁵ adósság = Schuld ⁶ esedékes = fällig ⁷ osztriga = Austern ⁸ szőlőgazda = Weinbauer ⁹ osztrigaárus = Austernhändler ¹⁰ válság = Krise ¹¹ kudarcot vall = eine Schlappe erleiden ¹² uszít = aufhetzen ¹³ Buenos-Ayres ¹⁴ tűzoltó = Feuerwehr ¹⁵ tüzérezred = Artillerie-Regiment ¹⁶ New-York ¹⁷ Königsberg ¹⁸ korcsolya = Schlittschuh

Heringeni imprudentiā ductoris machinae locomotricis tam vehementer in tractum¹⁹ vulgarem¹⁹ incurrit, cuius tribus curribus in fluvium Salam detrusis 33 vectores aquā glaciali²⁰ priusquam extrahi possent, submersi sint. O homines miserandos, quibus dies natalis Iesu Christi non felicitatem familiarem, sed mortem et luctum attulerit!

Recensus populi in Iaponia Calendis Oct. habitus est, unde hoc regnum 100,000 milia iam incolarum habere nuntiatur. Regnum solis orientis aliquando etiam Europae senescenti minitabitur.

Itali et Graeci vetuerunt die Natali Christi abietes in domibus collocari, quibus arboribus haec regna egentes nonnisi ex aliis nationibus invectis uti possent. Quare pro abiete praesepe²¹ adhibetur.

Nos quidem Hungari lugemus obitum *Friderici* e baronibus *Korányi*, administri²² pecuniarum²² publicarum²² emeriti²² 76 annos nati et Rev. Ioannis *Csiszarik* episcopi h. c. viro doctissimorum. *Paulum* Bourget autem auctorem fabularum²³ Romanensium²³ clarissimum, qui 83 annos natus vita decessit, non solum Galli, sed fere orbis terrarum luget.

In arce Vaticana Pius Pp. XI. consistorium habuit ad Purpuratos²⁴ Patres²⁴ viginti creandos. In allocutione²⁵ ad Sacrum Senatum habitā etiam de inquieto orbis animo questus est.

¹⁹ személyvonat = Personenzug ²⁰ jéghideg = eiskalt ²¹ jászol = Krippe ²² nyug. pénzügyminiszter = Finanzminister i. R. ²³ regény = Roman ²⁴ bíboros = Purpurträger ²⁵ szózat = Ansprache

Ephemerides periodicae dono acceptae.

Archivum Philologicum. Annus LIX. 10.—12. Oct.—Dec. Budapest. — Ios. Waldapfel: Iosef Katona u. die Philosophie. — Franc. Nagy: Auctor Περὶ ὄφους. — Andr. Horváth: Νεοελληνικὸ ἱστορικὸ ποίημα γιὰ τὸ Μιχαὴλ Βοηβόδα. — Dion. Kövendi: Zur Frage der aristotelischen Parva Nat. — Mich. Clauser: L'épithaphier du manuscrit de Radnótfája. — Io. Hankiss: Compte rendu du II' Congrès international d'Histoire littéraire. — Andr. Vértes: Le modèle de l'Américaner de Bessenyei. — El. Schwartz: Die Muttersprache Pyrkers. — Bibliographia Hungarica et externa.

Alma Roma. Ann. XXII. Fasc. X—XI. Oct.—Nov. 1935. Romae. — Ios. Morabito: De certamine poetico Hoëufftiano. — I. Iss.: De Latini sermonis elegantia: De periodo. — Vinc.

Polydori: Horae subsecivae (carmina). — Forfex: De aulaeis, quae vulgo «Arratia» nuncupantur. — Sapientium pervestigations a radiophonica Vaticana statione Latine vulgatae. — Waldschnitt: De chylo et sanguine. Colloquia Latina: Munditia librorum. Cantus musicus. — Annales. — Varia (Ex Nic. Machiavelli opere) latine reddidit H. Bindi. — Asinus et olitor. — Talpa et mus. — Iocosa. — Aenigmata. — Librorum recensio. — Anthea (narratio.) — Ant. Costaggini: De carminibus Latinis Ioannis Pascoli commentaria. — T. C.: De varia mortis imagine saeculorum cursu. — Franc. S. Alessio: Evenus et Elisa (carmen). — Sylvius Romani: De fontibus iuris Italici (aetas media). — V. Genovesi: Ad S. Stanislaum Kostkam (carmen). — Libera a pittaciis responsa.

Societas Latina. Ann. III. Fasc. 4. Dec. 1935. Monachii. — Inscriptiones Ratisbonenses. — Varia: 1. Chr. G. Ludwig: De linguae Latinae in arte medica necessitate. 2. Car. Mayr: Iucunda quaedam narratiuncula. 3. Uhland: Fama Suebica; in Latinam formam rededit Otto Schmied. — Aenigmata. — Periodicorum conspectus. — Librorum recensio. — Index mortuorum. — Programmata Consensus Societatis medicorum Assecurationis socialis.

Libri Horatiani.

Bimillennium Horatianum ubique gentium etiam nunc celebratur. Liber singularis formā¹ maximā¹ sumptu et labore seminarii Germanici Universitatis regni Sinarum Pechinensis editus continet non solum commentationes doctas et iucundas de poeta a philologis clarissimis scriptas atque illustrationes artificiosas, ex quibus unam lectoribus gratificaturi publicavimus, sed etiam carmina Horatii in plerasque linguas translata. In quibus translationibus cum multae Sinenses, tum etiam quinque Hungaricae inveniuntur, quas vir eruditissimus, *Aloisius Iurka* variis ex temporibus collegit, cui auctores libri, quin maximas agant gratias, non praetermittunt. Hunc librum amicis Horatii gaudio, bibliothecis autem omnibus decori fore quis miretur?


Circulus Csokonaianus Debrecinensis atque gymnasium Mezoekoevesdiense mense praeterito memoriam Horatii sollempniter renovaverunt. Debrecini Adalbertus *Szeremley* magister de poeta immortalis disseruit, chorus autem Collegii duce *Iulio Szigethy* Horatium cantando auditores delectavit. In oppido Mezoekoevesd oratio sollempnis ab *Andrea Pecszina* magistro habita est, cantatores autem Horatium duce *Stephano Gaal* magno cum applausu audientium cecinerunt.

Horatium canere cupientibus anthologia ab *Iosepho Wagner* collecta, cui inscribitur: «Carmina Horatii selecta ad modos² aptata² commendatur. Genera 33 compositionum, quae collectio continet, sunt: monodiae, cantus³ alterni³ chori sive viro- rum sive mixti, cum clavichordio⁴ vel instrumentis. Opus non solum in Hungaria, sed etiam aliis in regnis laudatur. *Societas Latina* fere paginam recensionis non⁵ invidet.⁵ *Alma Roma* declarat: «Dignum est exemplum quod nos ipsi imitemur, ut prae-

¹ ivrét = Folio ² megzenésít = vertonen ³ párdal = Duett ⁴ zongora = Klavier ⁵ szentel = gönnen

sertim in scholis, in quibus discipuli musicam discunt, Horatii carmina facilius et iucundius legant et intellegant.» An hologia prostat⁶ in Hungaria apud Iosephum *Fraknóy*, Budapest, VIII., Trefort-u. 8. Pretium est pro Hungaria 2 pengoe, pro exteris nationibus 3 pengoe. Lectoribus nostris beneficium tributur: anthologiae 40% (-centesimis) minus⁷ pretium⁷ constituitur.

⁶ kapható = ist zu beziehen ⁷ árengedmény = Preisermässigung



Solutiones aenigmatum numeri IV.

1. *Series libratae*: Romulus, -vi, in, mi, GA, edictum, ii, Io, ut, immensa. — *Series directae*: Ovidius, mi, LI, unguium, mei, ico, amo, TN, CM.
2. Puella 18 annos nata erat.
3. Viribus unitis.

Aenigmata recte dissolverunt: Paulus Tolnay, Th. Csillag, Eug. Sebess, Tib. Szelecsényi, Geysa Füleki (a *Scholis Piis*), Andr. et Nib. Szollár (*Gymn. Univers.*), Col. Keserű, Lad. Leon (*Széchyenianum*), Andr. Bíró, Ioan. Csécei, Lev. Hibbey (*Fayanum*), Georg. Egri (*Kölcseyanum*), Nic. Berger (*gymn. I. P. E. A.*), Anna Gellért (*Ursulanum*), Em. Farkas (*Ladislainum*), Editha Bátori, Irene Lenkei (*Theresianum*), Ioan. Glancz *Budapestinenses*. Lad. Kiss, Aug. Pavlik, Andr. Pusztai, Steph. Okolicsányi *Agrienses*, Lad. Bubnó *Miscolciensis*, Gabr. László *Tataiensis*, Lud. Bezerédy, Jul. Horváth *Ujdombovarienses*, Lad. Kiss *Iuliensis*, Ios. Mencseli *Kaposvariensis*, Georg. Lorenz *Colocensis*, Adalb. Próbald *Aegopolitanus*, Lad. Boskovitz *Novopestiensis*, Árp. Simon *Sabariensis*, Maria Hegel, Gabriella Funtek, Eva Dobó, Helena Szabó, Maria Vogel, Marg. Steiner *Iaurinenses*. — Steph. Falbizoner, Andr. Klein, Nic. Czeglédi, Tib. Nagy, Tib. Jantsits, Anna Mayer, Lad. Porjesz, Georg. Reisz, Ioan. Wolkóber, Tib. Venusz.

Praenium sorte Edithae Báthori, fratribus Szollár et Iulio Horváth obvenit.




1. Syllabae, quae desunt, versus Ovidii reddunt.

- | | | |
|-----------|-------------|-------------|
| ... cada | ... lum | ... ulus |
| .. lum | .. tet | .. lum |
| .. te | .. iculum | .. tet |
| .. struo | .. ge | .. iculum |
| .. tim | .. tronomia | .. ge |
| .. men | .. sul | .. tronomia |
| .. sa | .. le | .. sul |
| .. ridies | .. men | .. le |
| .. ves | .. rit | .. men |
| .. to | .. ficio | .. rit |
| .. vis | .. neo | .. ficio |
| .. paver | .. trum | .. neo |
| .. dix | | .. trum |
| .. tur | | |

Paulus Farkas.

2.



οντα Μ.Ο.Υ.Ε.



PINXIT AL. ZSITVAY

3. Dissolvendum ad saltum equulei.

| | | | | | | |
|----|------|-----|-----|------|------|--------|
| | Quod | il | ri | ren | | vit |
| le | | | ma | lus? | quas | cur |
| | | o | tes | A | quae | Car no |
| | te | cit | tel | re | ne | a |
| na | | ne | nes | | non | mi |
| | | | | | bat | |

Si verba in ordine ponuntur, Ovidii versus accipimus.

Ioannes Harsányi
disc. gymn. ref. Debrecinensis.


4.

H U N G A
U vita R
N I
G A R I A

Barbara Medveczky.
disc. thgymn. P. Veres.

Terminus aenigmatum solvendorum Non. (5. dies) Febr.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causā singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti possunt.



Hypatia. (12.)

Scriptis *Carolus Kingsley*, Hungarice reddidit *Arpadus Zigány*. Excerptis atque in Latinum, convertit: *Valentinus Fehér*.

Hic institit¹⁸ Hypatia; paulisper immota sedebat. Tum ad discipulos conversa dixit: — Haec sunt, quae vobis dicere institui.¹⁹ Nunc ilicet.

¹⁸ megáll = inne halten ¹⁹ szándékozik = sich vornehmen

Philammo primus exsiluit et prope fasci-
natus²⁰ e conclavi se proripuit. In animo eius
et mente plurimae cogitationes inter se con-
flixerunt. Tum ex improvise²¹ ei se obtulit²²
parvus Eudaemo, vir ille ficarius,²³ qui adole-
scentem ad domum patriarchae duxerat: «Saepe
dii — inquit — in eo favores perdunt, qui
minime meretur.» — «Recede! — increpat
Philammo.» — «Quid vis, stulte? — reprehendit
ianitor. — Hypatia me tibi submisit. Age, quid
hias?²⁴ Hypatia tecum loqui vult. Theo te
arcessit atque ego ita cucurri, ut lingua mea
sit prolapsa»²⁵ — Quis est ille Theo? — quaerit
Philammo. — «Hypatiae pater. Nuntiat tibi,
ut se cras tertia hora visas. Aspice, in ea
domo habitat exadversum Museum.»

*

Cyrellus quietus audivit Philammonem flebi-
liter ac trepidanter²⁶ enarrantem, quid sibi
accidisset. Dein misit eum aegrotos curatum
et praecepit, ut vespere rursus ad se revertere-
tur: tantisper²⁷ se consideraturum, adiret
Philammo postero die Theonem, necne. Phi-
lammo cum vespere ex aegrotorum curatione
ad mortem fatigatus domum redisset, in domo
patriarchae magnum invenit tumultum ac
colluviem.²⁸ Cyrillus enim legatos ad praefec-
tum miserat nuntiatum Iudaeos ex urbe
discessisse et petitum, ne illos, a quibus iam
urbs liberata esset, redire pateretur. At quo-
niam haec legatio nondum redierat, monachi
iam vehementer sodalibus metuebant.

«Quid factum est, reverende pater?» —
quaerit Philammo ex Petro, qui animo concita-
tus et dentibus frendens²⁹ in cavaedio deambu-
labat. — «Ah, tu es? Ergo cras mane, si vis,
tibi Hypatiam adire licebit. Patriarcha non
habet tempus tecum loquendi.»

Et tergo verso Philammonem relinquebat,
qui tamen eum clementer³⁰ retinens expresse³¹
dixit: «Cyrillus ad se me adire iussit, prius-
quam . . .» — «Stulte! — increpat Petrus ira
incensus, — qui audes me vi cogere?» — «Ego
iussum eius impleo — respondet Philammo, —
etiamsi tibi displiceat.»


Petrus pro eo, ut responderet, summis ei
viribus alapam³² duxit³² et simul maxima voce
auxilium conclamavit. Philammo hac alapā
exacerbatus³³ insequenti momento temporis

afflixit ad terram Petrum et pectus eius genu
pressit. At monachi omnes accurrentes eum
detraxerunt. Petrus, ubi resurrexit, iterum in
Philammonem invectus³⁴ singultat: ³⁵ «Prehen-
dite proditorem! haereticum! ³⁶ cum paganis
conspirat!»

Philammo tergo muris obverso audax eos
opperiebatur.³⁷ «Vos testor — clamat Petrus. —
Me percutit, servum Dei, quia exprobravi³⁸
eum mane fuisse apud Hypatiam.» — «Patri-
archa me illuc misit» — ait Philammo. — «Audi-
tisne? rem non negat.»

Ad numerum proximum.

²⁰ megigézve = bezaubern ²¹ váratlanul = un-
vermutet ²² élébe toppan = beegnen ²³ fügeárus =
Feigenhändler ²⁴ száját tátja = den Mund aufsperrern
²⁵ kilóg = herauzhängt ²⁶ reszkette = ängstlich
²⁷ addigra = unterdessen ²⁸ csócselék = Pöbel ²⁹ csikor-
gatva = knirschen ³⁰ kíméletesen = sanft ³¹ határo-
zottan = ausdrücklich ³² arculüt = Ohrfeige versetzen
³³ elkeseredett = erbittert ³⁴ nekimegy = losfahren
³⁵ hörög = schnauben ³⁶ eretnek = Ketzer ³⁷ vár =
warten ³⁸ szemére vet = vorwerfen



Corrigendum numeri IV. pag. 64.: «Quot annos
erat?» interpone: «nata». — NB. Aenigmata, iocosa
etc. separatim singulis in chartis sunt scribenda,
quia alia aliis sociis traduntur recensenda. Aenigmata
neque facillima, neque difficillima sint. Aenigmatum
cruceis atque ad saltum equulei solvendorum per-
multa iam habemus. — *Anna Gellért.* Pro votis Tuis
amicarumque gratias ago maximas. Sit vobis quo-
que hic novus annus felicissimus atque fortunatis-
simus! — *V. Fehér.* Gratulor Tibi, quod drama a Te
translatum in ephemeride «Alma Roma» publicatur.
— *Ios. Mészáros.* Aenigma a Te missum facillimum
est. — *Anna Kertész.* Cur non commentationem de
Barth. Székely misisti? Sed ne longior sit. — *R.
Kancz.* Scripta Tua nondum accepi. — *A. Pusztai.*
Proxime iam translationem Tuam legere poteris,
sed mutatis mutandis. — *Lad. Iuhász.* Carmen «Sub
exitu Septembris» mense eodem editum est. Carmen
Tuum proximo Septembri publicabitur. — *Dr Phi-
lips Osnabrugensis.* Opusculum Tuum, Collega hono-
ratissime, proxime apparebit. — *A. Makkink* rector
Schiedamensis. Gratias pro benignitate debeo ma-
ximas. Ceterum litteras privatas ad Vos daturus sum.
— De ceteris manuscriptis proximā occasione.

Conclusio VI. numeri adornandi Non. Febr.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-
scholarium Catholicorum. — A Katholikus
Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)